



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 84. Francisci II. Britanniæ Ducis obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](#)

Sæcul. XV.
A.C. 1488.

lium multam penderent. III. Nullas exterorum copias Dux adversus Gallos in suas ditiones reciperet. IV. Partas urbes regi cederet, uti sunt, Maclovium, S. Albini oppidum, Dinantium, & Feliceriae. V. Has urbes Ducis Filiae post obitum Patris pro jure suo repeterent, eisque Rex illas, compensatis sumptibus redderet, si caufsa sua ac jure in eas causurus esset. VI. Concederet Dux, exigente necessitate, Gallis per suas ditiones transeundi libertatem. Haec pacta die vigesima octava Augusti utrinque Sabolii firmata fuere.

§. LXXXIV.

Francisci II, Britanniæ Ducis obitus.

Priusquam hæc conventa effectui darentur, Britanniæ Dux rebus humanis valedixit; quippe ex equo forte dejectus Nannete, vel ut alii volunt, Cueronii die nona septembris, tædio atque calamitatibus confessus naturæ concessit. Numerabat quinquagesimum tertium ætatis suæ annum, duos menses, diesque sexdecim; regnabat autem annos omnino triginta. Corpus ejus Nannete in Ecclesia Carmelitarum terræ mandatum quiescit. Filiarum suarum curam ac tutelam Rivenarum Marescallo testamenti legi-

Nullas Gallos Partas vium, & Fe-
re post erent, utibus as ca-
, exi-
ditio-
pacta e Sa-
cis
i da-
uma-
e de-
Cue-
atque cessit.
m æ-
dies-
s om-
te in-
atum
c tu-
menti
legi-

legibus commisit, adjunctis Convenarum Comite intimo ejus Amico, & Franciscā de Dinantio Castri Briantii Principif-
fa earum Moderatrice. Harum natu mi-
nor, nomine Isabella paulo post fatis cef-
sit, relictā ejusdem sorore Anna pater-
næ successionis hærede, quæ vicinorum Principum æmulationi, atque invidiæ non minus, quam ejus Pater exponeba-
tur; cum enim Carolus VIII. semper pristinorum jurium tenax eam dñvexaret,
Anna pecuniis, copiis, ac fæderatorum auxiliis destituta, ægre admodum soli Regi resistendo par erat. Præterea Ca-
rolus ad impuberem Ducissam Oratores ablegabat, qui nupera pacis conventa novis additionibus gravarent; ipse quo-
que postulabat sibi illius tutellam commit-
ti, & arbitros constitui, qui de jure suc-
cessionis in Britanniam inter se & Ducif-
sam controverso deciderent: priusquam vero sententia pronunciaretur, ipsa Du-
cissæ nomine abstineret. Verum Brito-
nibus ejusmodi conditiones respuentibus, Carolus Galliarum Rex exercitus sui Du-
cibus in mandatis dedit, ut aut vi aut do-
lo Britanniae urbes, quotquot possent,
occuparent.

scul. XV.
A. C. 1488.